



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo pœnam nostram portauit. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

sumpsit, in quo & mortē gustavit, quo cœlū nobis aperuit, & à seruitute diaboli, i. e. à peccato, seruitus enim diaboli peccatum est, & à pœna redemit.

Quomodo & à qua pœna Christus nos redemit per mortem.

C

Aqua pœna? temporali, & æterna. Ab æterna qui dem, relaxando debitum. A tēporali verò penitus nos liberabit in futuro, quando nouissima mors inimica destruetur. Adhuc n. expectamus redemptionem corporis, secundum animas verò iam redempti sumus ex parte, non ex toto, à culpa non à pœna, nec omnino à culpa. Non enim ab ea sic redempti sumus, vt non sit, sed vt non dominetur.

Ad Cor. 15. d

Ad Rom. 6. 6

Quomodo pœnam nostram portauit.

D

Peccata quoq; nostra, id est, pœnam peccatorum nostrorum dicitur in corpore suo super lignum portasse, quia per ipsius pœnam quam in cruce tulit, omnis pœna temporalis, quæ pro peccato conuersis debetur, in baptismo penitus relaxatur, vt nulla à baptizato exigatur, & in pœnitētia minoratur. Non enim sufficeret illa pœna, qua pœnitētes ligat Ecclesia, nisi pœna Christi cooperaretur, qui pro nobis soluit. Vnde peccata iustorum, qui fuerunt ante aduentum, in sustentatione Dei fuisse vsque ad Christi mortem, dicit Apostolus, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. Ecce aperte expositum est, quomodo, & quid Christus per mortem nobis meruit & impetrauit.

Petri 2. d

Rom. 3. d

Si solus Christus debet dici redemptor, vt solus dicitur mediator.

E

Vnde ipse verè dicitur mundi redemptor, & Dei hominumq; mediator. Sed mediator in scriptura dicitur solus filius: Redemptor verò aliquādo etiam Pater vel Spir. S. Sed hoc propter vsum potestatis, non propter exhibitionē humilitatis & obediētiae. Nam secundū potestatis simul & obediētiae vsum, filius propriè dicitur redemptor: quia in se

1. Tim. 2. 6